

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

Brunner, Andreas Pfeffer, Wilhelm Antverpiæ, 1663

S. Tarasius Ep. 25. Februarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

138 VITA SANCTORUM, 25.Fd.

S. TARASIUS EP. 25. February.

PEr gradus honorum, ex quibus all præcipites ire solent, ad aftra Ta RASIUS evasit. Consul principio, tum inter eos qui ab arcanis literis Imperato ribus erant, Princeps; demum Archie piscopus Constantinopolitanus infulam, quam alii gemmis ornant, iph virtutibus ornavit. Has inter ea sque multas & pulcherrimas potissimum emicabatanimi demissio, quâ TARASIUS pauperibus, quos multos & alebat & vestiebat, quotidie cibos ex sua mensa submittebat, ipse carptor & persape (sub festa Paschalia præcipue) ipse dapifer. Atque hac ille virtute tantum abelt, ut auctoritatem suam, quâ erat, imminutum iret, ut talis etiam Imperatoribus fuerit formidandus. Supplicem certead Aram, quem regiæ cohortes par vim ab Araxerant, reddi sibi suus ipse Fecialis fecit. Constantino Imperatori, auctore amore vago, repudium me ditanti facientique unus fere sele opposuit, purpuramque purpuræ, coronam coronæ, septroque augustius pedum objicere non dubitavit. Quid ? quod vel mortuus vivo Leoni Imperatori terrori fuit. Cum enim hic nomine etiam suo crudelior templa paffim, & in his imagines Dei Divorumque vastaret, somniavit Ta26.Feb. VITÆ SANCTORUM. 139
RASII imperio à nescio quo Michaele
se confossim. Et risit forte mortem,
cum vigil vivere se vidit; sed die sexto à
Michaele Balbo confossis potuit dehinc
sine superstitione somniis credere. Ex
Surio.

15. Fu

ary.

is all

TA

, tum

erato-

chie

infu

iple

mul-

emi-

IUS

enså

api-

eft,

mi-

Биз

è ad

ab

alis

ore

fa-

ur.

æ,

ere

115

m

or

er

1-

I

Heu quam lamentandæ vices, quando desperati apud homines possidebunt spem divinam; & humanis bonis praditi bonis calestibus fraudabuntur: & hoc facit the-saurus, qui cor hominis aut per eleemosynam levat in calum, aut per avaritiam demergit in terram. S. Pet. Chrys. serm. 22.

S. PORPHYRIUS EP. 26. February.

PORPHYRIUS Hierofolyma ager quotidie loca facra cum pedibus non posset, genibus obambulabat, expeditissimam viam ad cælum credens, Christi veltigia. Et fuit cum ad pedem Calvariæ montis triste oculis spectaculum, jucundum tamen animo objectum cit, Christus cruci affixus, & ponèfelicior e geminis latro. Igitur cum latronis verbis etiam PORPHYRIU S Servatorem compellasser, justit hie descendere latronem è cruce & opem ægro ferre. Descendit, osculum tulit, manuque peramanter prehensum ad Christum, ut secum itaret, invitavit. Intereà properanti obvius iple in amplexu Servator ruit, justitque

BIBLIOTHEK PADERBORN